

turus, ut aliquid de peccatis meis per confessionem et largitatem de proprias pecunias meas, quae ad ecclesiarum et ad loca sanctorum beatorum martyrum Dyonisii, Rustici et Eleutherii, ubi ipsi domni corpore requiescunt, in loco qui dicitur Cadolaco, ubi plurima servorum dei turba laudes Christi die noctuque adesse videntur, ut in helemosina eorum et susceptione hospitem vel in helemosina sinodocorum pauperum viduarum et orfanorum et in lumine ecclesiarum conferre debeam, ut dominus per suam misericordiam et intercessionem sanctorum et orationes pauperum mihi in pace et misericordia debeat recipere, qualiter portionem merear habere in vita beatorum. Ego Fulradus haec indignus sacerdos, * filius Riculfo et Hirmingarde condam, dono donatumque in perpetuum omnes res propriaetatis meae, quicquid de successione parentum meorum mihi obvenit, vel de dationibus regum seu de comparatum vel commutationes * quantumcumque mihi et germano meo Gaustperto traditum fuit, et quicquid ipse germanus meus Gaustpertus mihi tradidit, * id sunt loca denominata: Blitariouilla cum apendiciis suis, Auricasmacra¹ *, Hairbertis uillare^{a.2}, Cochelingas, * Fechingas, Fachinulfingas^b *. Similiter et in Alsacis seu in Morthenauia, id sunt Fredeshaim * Undineshaim et Mochenhaim, * Germeri, Audaldo uillare, * Grutsenhaim, Fresenhaim³, Ansulfeshaim, Scafeshaim, Suntoba⁴, Bebonouillare⁵, ecclesia in honore sancti Petri cum adiecensibus suis, Uualtero uillare, Ratberto uillare, Scofhaim⁶, * nec non et in Salnise * Turnugo uillare, Uicturningas, Almeraga curte, Agnaldo curte, Uuarningas, Filciono curte *. Similiter Salona, ubi aedificavi ecclesiam in honore sanctae dei genetricis Mariae, ubi requiescunt corpora sanctorum pontificum Priuati martyris et Hilari confessoris, quicquid ibidem donatum fuit de conlata populi; * nec non et in Alsacinse alia cella qui dicitur Fulrado uillare, ubi sanctus Ypolitus requiescit; et tertia cella infra vasta Uosago, quem aedificavi, ubi sanctus Cucufatus et sanctus Alexander martyres requiescunt *; similiter quarta cella * qui dicitur Radulfesboch, ubi sanctus Georgius requiescit; nec non et quinta cella, qui dicitur Haribertingas, ubi sanctus Ueranus requiescit; similiter sexta cella, ubi sanctus Uitalis requiescit, supra fluvium Necra *, omnia et ex omnibus in Salnise et in Scarponinse, * Calmontinse * et Roslinse *, Alsacinse *, Morthenauia, Alamania *, quantumcumque * visus sum habere, tam terris mansis vineis campis pratis silvis aquis aquarumve decursibus farinariis mancipiis servis ancillis lidis, undecumque moderno tempore vestitus sum, totum et ad integrum, greges cum pastoribus et omni subpellectile * et quicquid ad ipsas cellas aspicere videtur, aurum argentum codices aeramen ornamenta ecclesiae, patellas ad sale faciendum in vico Bodecio seu Marsallo * cum sessis earum *, totum et ad integrum ad partem sancti Dyonisii a die presente pro animae meae et animabus famulorum famularumque Riculfi genitoris mei

a) Stark verwischt, so dass Tilgungsversuch wahrscheinlich.

b) Vor dem zweiten 'n' ein Oberschaft getilgt.

1) Auersmacher, ssö. Kl. Blittersdorf a. d. Saar.
 2) Ob Harzweiler? Kr. Saarburg.
 3) Friesenheim Kr. Erstein.
 4) Sundhofen Kr. Colmar.
 5) Bennweiler Kr. Rappoltsweiler.
 6) Schopfheim a. d. Wiese, bad. BA. u. Kr. Lörrach.